



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

15. Sanctus Thomas, S. Bouaventura, Scotus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13704**

*Alex. Ha-* non est libertas. *lib. p. 1. q.* *72. n. 10. 3.* *ca. 3.* *Secund. 4.* *Aug. lib. 5.* *de Civit. c. 10.* *Bernard. lib.* *de grat. &* *lib. arb.* *Guiliel. Pa-* *ris. lib. de vi-* *rii & pec-* *f. 111.* *In 3. sent.* *disp. 18. a. 2.* *ad 2.* *In 2. disp. 5.* *a. 1. ad 4.* *In 3. disp. 12.* *q. 2. a. 1. ad 2.* *Videl. nost.* *a. de grat.* *Christi Sal-* *vat. c. 29.* *22. est 10. de* *potent. a. 2.* *ad 5.* *22. est 22. de* *verit. a. 5. ad* *3. in contrar.* *do. Ex quo fundamento* *alterius tradit, quod* *quæ ex tato aut cœlesti corpore in animas hu-* *manas influere statuantur, movent quidem ad* *cogitationes & affectiones, quæ in eis sunt, & per* *illas ad operationes & operum destinationes: sed* *quoniam non movent eas violentè, imò voluntariè, non* *excusant animas humanas a peccato & culpis. Et hoc* *est, inquit, quoniam a quocumq; principio sit opus vo-* *luntarium, dummodo voluntarium sit, id est volitum,* *seu per impatandum est voluntati & agenti per volunt-* *tatem. Nec sequitur, si non potest aliud agere vel etiam* *velle quod propter hoc excusatus sit qui nec vult aliud* *posse vel agere. Itaq; concludit pro quibuscumq;* *motibus sive gratiæ sive cupiditatis voluntari-* *tem demulcentibus. Quæ necessitas vel impossibili-* *tas quæ non aufert operi quin sit voluntarium, hoc* *est ex voluntate, quoniam impossibile est non esse liberam,* *neq; culpam aufert. Causa omnium istorum est* *quam ipse aliquoties commemorat, quia tantè* *est libertas voluntatis, ut nec cogi possit ad operatio-* *nem suam propriam quod est velle vel nolle, neque pro-* *hiberi ab ea. Et ut alibi radicem atringens dicit:* *Liberum est volenti & voluntati ipsam velle, super* *quodcumq; volitum cadat. Non enim potest ad illud* *cogi aut trahi invitata.*

*do. Ex quo fundamento* *alterius tradit, quod* *quæ ex tato aut cœlesti corpore in animas hu-* *manas influere statuantur, movent quidem ad* *cogitationes & affectiones, quæ in eis sunt, & per* *illas ad operationes & operum destinationes: sed* *quoniam non movent eas violentè, imò voluntariè, non* *excusant animas humanas a peccato & culpis. Et hoc* *est, inquit, quoniam a quocumq; principio sit opus vo-* *luntarium, dummodo voluntarium sit, id est volitum,* *seu per impatandum est voluntati & agenti per volunt-* *tatem. Nec sequitur, si non potest aliud agere vel etiam* *velle quod propter hoc excusatus sit qui nec vult aliud* *posse vel agere. Itaq; concludit pro quibuscumq;* *motibus sive gratiæ sive cupiditatis voluntari-* *tem demulcentibus. Quæ necessitas vel impossibili-* *tas quæ non aufert operi quin sit voluntarium, hoc* *est ex voluntate, quoniam impossibile est non esse liberam,* *neq; culpam aufert. Causa omnium istorum est* *quam ipse aliquoties commemorat, quia tantè* *est libertas voluntatis, ut nec cogi possit ad operatio-* *nem suam propriam quod est velle vel nolle, neque pro-* *hiberi ab ea. Et ut alibi radicem atringens dicit:* *Liberum est volenti & voluntati ipsam velle, super* *quodcumq; volitum cadat. Non enim potest ad illud* *cogi aut trahi invitata.*

CAPVT XV.

Sanctus Thomas, S. Bonaventura, Scotus.

**S**ANCTVS Thomas Aquinas non uno quoq; loco eandem rationem concilian- di gratiam, quantumcumque potente in, cum libera voluntate significat. Ut quando dicit de Christo qui summo gratiæ torrente visionem Dei clarâ comitante ad unum determinatus fuit: Etiam si, liberum arbitrium Christi, esset determinatum ad unum numero, sicut ad diligendum Deum, quod non facere non potest, tamen ex hoc non auferret libertatem, aut rationem laudis, sive meriti quia in illud non coactè sed sponte & nullo, & ita est actus sui Dominus. Itaque conformiter illi principio statuit respectu amoris beatifici sempiternam & liberam electionem. Et cum sibi alio in loco objecisset, quod nullus peccet in eo quod vitare non potest, & proinde nullus quoq; mereatur vel laudetur de vitatione ejus quod admittere non potest, quod maxime locuta habet cum gratia potentissimè affigit voluntatem bono & à malo revoeat, respondet: Impotentia coactionis, quæ opponitur voluntati, tollit rationem meriti, non impotentia quæ est ex perfectione in bonitate vel malitia, quia hoc voluntarium non tollit, sed ponit voluntatem confirmatam ad unum. Quæ omnia ex illo capite proficiuntur, quod ipse diversis locis asseruit, ut ostendimus, quod scilicet libertas voluntatis violentia vel coactione opponitur. Et hanc ipsam doctrinam tribuit Augustino, quem admodum eam & nos ex Augustino pluribus demonstravimus. S. Bonaventura constantissimè tradit libertatem voluntatis à qua liberum arbitrium appellatum est in eo sitam esse, quod sit impossibile, imò contradictionem implicet: vel à Deo vel ulla creata pote-

**A**state cogi, ut in aliquid invita rapiatur. Ex hoc enim, inquit, quod liberum arbitrium est, si aliquid vult, liberè vult, & si aliquid vult, voluntariè vult, & seipso movente vult. Ex hoc autem quod cogitur si quid vult, invito vult & ab alio vult &c. Ergo liberum arbitrium cogi non est aliud, quam actum liberi arbitrii simul & semel esse liberum & servilem, esse voluntarium & non voluntarium &c. Quam libertatem & actus liberi notionem sapientissimè inculcat. Cum igitur illi doctrinæ tanquam hostiliter contrarias objecisset Scripturas illas, Compelle intrare: Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Cor Regi in manu dei quocumque voluerit inclinabit illud; quæ gratiæ vehementiam commendando, libertatem violare videbantur, responderet: per huiusmodi operatione Dei, non asserri vim aut violentiam aut coactionem voluntati, quibus libertas ejus funditus tolleretur, sed tantum mutationem voluntatis, ita ut à nolente fiat volens, vel aliud velit, quam ante voluit: sed utrumlibet velit, liberè vult, quia non cogitur. Ille enim auctoritates intelliguntur, inquit, non quod voluntatem cogat, sed quod voluntatem creatam immutet, immutando affectiones: in qua immutatione non est coactio, pro eo quod ita voluntariè volo illud, quod Deus immutat, sicut illud quod ex meipso volo. & si aliquid volo, volens volo, non invitatus, & ita in volendo, ad nihil compellor. Et sic rectè salvatam esse arbitrii libertatem paulo post significat, quando adjicit: Possè cogere liberum arbitrium manens liberum, hoc est inordinationis & impotentia sicut prius offensum est (ostenderat enim esse impossibile & implicare contradictionem) Coactio enim non sic repugnat naturæ brutali, sicut repugnat libertati arbitrii unde,

Vnde alio in loco tradit exertissimè necessitatem coactionis repugnare libertati, non necessitatem qua oritur à dissonante intrinseco. Nec necessitatem inevitabilitatis: quia, inquit, dicitur liberum, non quia sic velit hoc ut possit velle eius oppositum sed quia omne quod vult, appetit ad sui ipsius imperium, quia sic vult aliquid ut velit se velle illud, & ideo in actu volendi seipsum movet, & sibi dominatur, & pro tanto dicitur liberum, quamvis immutabiliter ordinetur ad illud. Quæ manifestissime clamant gratiam quantumcumque efficacem, etiam talem qualis in cælo cum summa delectatione habetur, nullo modo tollere, Bonaventuræ iudicium, libertatem, quia non tollit voluntatem, hoc ipso videlicet quo eam non cogit aut invitam rapit, sic enim diligit Deum, ut velit se diligere, &

ideo in actu volendi seipsum movet & sibi dominatur, & pro tanto dicitur liberum ut jam audivimus.

Hoc ipsum Ioannes Scotus ex professo docet, dum claris verbis tradit, necessitatem volendi consistere cum libertate volendi, quia inquit, voluntas propter firmitatem libertatis suæ sibi ipsi necessitatem imponit in elevando actum & in perseverando sive figendo se in actum. Hinc ulterius tradit voluntatem semper servare modum causandi liberè atque impossibile esse, ut ab ea ille modus ulla potestate tollatur, ut alibi latius declaratum est. Quæ satis ostendunt, qualiscumque gratia voluntati immittatur, non aliam posse actionem sequi nisi liberam, hoc in quo effectio voluntatis.

## CAPVT XVI.

Henricus à Gandavo, Richardus de Media villa, Marfilius.

Henricus à Gandavo non minùs evidenter tradit libertatem arbitrii, in experte coactionis motu exerti: *Heno enim*, inquit, & omnis rationalis & intellectualis naturalis liberi arbitrii sive libera voluntatis est, quia voluntas rationalis cogi non potest. Et iterum: in hoc consistit ratio libertatis, quod nulla coactio potest impedire, quin in bonum vergat si velit &c. ut latius alibi diximus. Vnde concludit voluntatem esse liberam in beatis itemque moveri ex se libertate & immutabili necessitate respectu finis omnem rationem boni continentis. Quis igitur non videt quæ concordia gratiæ cum libero arbitrio ex tali doctrina consequatur?

Richardus de Media villa instanter docet, ut alibi patefecimus, liberam dici voluntatem, quia cogi non potest, hanc libertatem esse inanimabilem: consequenter omnis actus inanimatus esse actus liberi arbitrii: Beatos libere manere ceterosque eligere perseverantem in fine, sicut Sanctus Thomas assererat: Angelos non obstante necessitate liberè in motu dilectoris Dei movere se, quia non est necessitas coactionis. Denique talem necessitatem quæ est ex perfectione bonitatis non tollere rationem meriti in viatore. Quid uberius, clarius, ac satius expectari possit, ut sciamus gratiam non aliter cum libertate voluntatis copulandam, nisi quia non cogit voluntatem, sed facit eam velle voluntario ideoque libero motu quo vult se velle, & ita se movet, ac dominatur sui? nulla quippe gratia huius vitæ vehementissimam illam efficaciam cælestis delectationis, quæ libertatem salvam esse finit, juxta Richardum, ulla ex parte aquare potest. Eodem prorsus modo hoc ipsum asseruit Thomas de Argentina latè docens, arbitrium essentialiter esse liberum, hoc ipso quo implicat illud cogi. Ex quo concludit

alibi; necessitatem coactionis tollere rationem meriti, non autem necessitatem immutabilitatis proventem ex perfectione virtutis, sed augere. Et de Christi Domini libertate qui in omni actu erat determinatus ad bonum, multo magis quam quilibet viator, per gratiæ efficaciam ad agendum determinatur, sic rem decidit. Agens naturale non prohibetur à merito ex hoc quod est determinatum ad unum, sed ex modo determinatum per quædam necessitatem & non voluntarie tendit in illud unum, sed Christus & quilibet in gratia confirmatus, licet determinate tendat in bonum, tamen voluntarie & liberè tendit in ipsum. Huiusmodi enim determinatio non minuit voluntatem & libertatem, sed potius auget, & ideo talis determinatio non repugnat merito. Cui jam non asertissimum est; non aliam eum agnoscere libertatis cum gratia efficacissima conciliandæ rationem, nisi quia gratia dum facit determinatissimè, suavissimeque, nullo modo cogere sed ad volendum potius inclinare, ideoque potius augere, quam minuere voluntatem? Quo nihil Augustino, Prospero, Fulgentio, Bernardo magis consentaneum excogitari potest.

Marfilius de Ingen consentit ei ad amulsum similiter omnino docens, voluntatem essentialiter esse liberam, ita ut impossibile sit, libertatem auferri à voluntate etiam per omnipotentiam Dei, quia est sua libertas: camque esse libertatem à coactione. Denique ex eo concludit, per actum necessarium neminem mereri si est coactus; sed si est tantum inevitabilis per gratiam in bono confirmantem posse esse meritorium; atque huiusmodi fuisse opera Christi. Quæ perspicue clamant, gratiis, quantumcumque potentis operationis, non lædere libertatem, quia non cogit voluntatem, sed eam suaviter velle bonum facit.